



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Catena Aurea**

**Ferdinand <Paderborn, Bischof, II.>**

**[S.I.], 1661**

Annulus I. Series Principum Furstenbergicorvm.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-7709**

ANNU L U S I . 216  
SERIES PRINCIPVM FORSTEN-  
BERGICORVM.



SIC ITVR AD TERTIVM.



Ivida quos memori virtus animarit in ære,  
Cusa docent claræ nomina clara Domus,  
Primus hyperboreis Livonum bellator in armis  
WILHELMUS, Rigā Marte fave[n]te domat,  
Alter, ubilætis spatiatur Pader a campis,  
Audit adhuc PATRIÆ post sua fata PATER.  
Implevit tanti THEODORUS nominis omen.  
Mille uno indono DONA fuere DEI.  
Tertius accedit magnis Heroibus Heros  
Non minor; hoc maior, quod cito sceptra capit  
Tertius accedit, dum tento dicere nomen,  
Phœbus ait, nomen carmine maius habet.

FERDINANDVS  
FURSTE NBERGICUS.



B

ELO-

## ELOGIUM PRINCIPVM.

**E**lices sunt Domus, è quibus intra tria secula unus eligitur Princeps;  
Felicior Domus FURSTENBERGICA, è qua intra unum seculum  
tres prodicere Principes.

### WILHELMUS,

MAGISTER LIVONIAE,

MAGNVS OMNINO PRINCEPS, QVIA à MAGNIS ELECVS  
Principatu non casu adiit, sed consilio.

Is postquam MAGNA gesisset,

atque in Ordine esset

MAXIMVS,

Seipso factus est major,

Quando factus est seipso minor;

Quando annis ingravesceribus abdicato Magistratu seleæquavit

Superior inferioribus,

atque ex Principe maluit privatus,

quam ex privato Princeps mori,

### THEODORUS,

#### EPISCOPVS PADERBORNENSIS.

Vir laude nostrâ major,

Cujus facta quia vincunt VERBA

proverbis ipsa erunt facta.

Quot pâtriæ munimenta, tot OPTIMI PRINCIPIS monumenta;

Muta saxa in laudibus THEODORI flunt vocalia.

Loquuntur Castella

tutandi populi studium:

Collegium & Academia

Religionis & luventutis curam:

Locupletatæ Ecclesiæ, & Parthenones

Regiam munificentiam.

Quæ singula magnos ornârunt Principes,

Quantum putas collecta unum ornabunt Principem?

### FERDINANDUS

Virtutum & laudum Hæres, ejusdem sanguinis II.

#### EPISCOPVS PADERBORNENSIS.

Quæ etiam tum privatus egit in theatro orbis

Cum plausu spectavit Roma, Vienna, Ratisbona.

Nunc PRINCEPS optima auspicia, & maximas ostendit spes,

Maximas posteri laudabunt res.

ANNV-